

vero et eodem loco ex serap. Dia. h3 fellis galli. Itē Dia. in. c. de felle laudat fel cubugi. Serap. eodē loco auc. Dia. laudat fel galli ex qbus possum? cōprehēdere intentionē Auic. fuisse qd cubugi sit capo. z Sera. q sit gall? s3 itellexit vt opinor de gallo siluestri: q fassianus appellat: quē aliq dicit esse cubugi: h3 velut simon q nō sit capo z me sue qd nō sit gallus nec pdix: nam De. in. c. allegato scrip sit cubugi z galli z pdictis ex q apparet q fm eum idem non sunt. tamen intētio arabū est q cubugi est algel aut perdy.

Sief memite fm eundē in simonis q sunt in fine sui libri sit hoc mō. exprimit succ? memithe: z in sole desiccatur: ex eis informatur pillule in modū nuclei dactyloruz: vel informantur magdaleones parui.

¶ Sief nō est in vsu. tñ eiusz positio in alijs colirijs multū opatur. Memite vō fm Ser. ex auc. Dia. est succ? herbe euidē nois q est similis in folijs suis herbe spēi papaueris dicti ceratides. i. cornuti: nisi q est in ea humiditas adherēs manui: z est ppriqua terre: z h3 graue odore h3 multū succuz: z color succi eius est silis color croci. hec apō Dia. sub isto noie nō reperitur. verū est q Dias. de ipa facit cap. sub noie glauciū. qd idē est qd aut sit cōiter ignorat: s3 fm estimatōne modernoz. est spēs celidonie: z line dubio hoc sonat: nam Serap. in ca. de curcuma. id est celidonia inquit minor chilodomon: z est memithe.

¶ Nicolaus florē. in li. v. in. c. de hidropisi i spāt dicit memithe. i. volubilis minor: s3 non bene sonat hic textus. nā idē in. vi. li. i. c. de apostematib? emunctozoz siue de bubonibus ait memithe. i. celidonia qd recte dicit Jo. arcu. in. c. de cura cephalē: tā cali de qz frigide dicit sief. memithe. i. succ? memithe per decoctionē inspissatus vel ad solē: z est herba similis papaueri dicta glauciū: z est species celidonie. Ille autē succ? sic inspissatus dicit sief. v3 sief memithe: z est medicina ocularis. Itē Joānes anglicus in ca. de surditate z debilitate auditus ait. succ? memithe. i. celidonie agrestis.

¶ Gulielm? placēt? ait. memithe est simile glādumb? coloris citrini. z est fruct? cuiusdam herbe q nascit in littozibus aquarum. Idē dicit Au. in. u. canoñ. bulchasis in lib. scōo docet modū exprimēdi succū ex memithe: z ignorat v eipsa inuenire veritatē quid esset. moderni vero habent ipsam per cognitionē verā. nā vt dictū fuit de mēte Serap. ipse vult q sit celidonia minor: et sic hōdie generaliter habet opinio: q̄uis aliqui con-

traditāt dicentes q memithe nō est celidonia. nā celidonia est calide cōplexionis: memithe vero frigide quib? respōdet q et si celidonia sit calide cōplexionis: ppter hoc tñ nō tollit qn memithe sit species celidonie: videlz celidonia minor. nā qui dicit q celidonia est calide complexionis forte intellunt de celidonia maior: vel de eius succo vel radice: sed hoc nullā includit repugnantiam q celidonia minor nō sit frigide virtutis. uō enī repugnat in eadē specie esse indiuidua seu simplicita diuerse cōplexionis: et hec apud lombard. reperit in hortis ac locis aq̄lis: z est quā angelicā siue archāgelāvul govocam?. et sic si legis bñ illa ca. videbis q angelica est memithe in folijs: in colore: i radice: et i reliquis: preterea in folijs multum simulatur celidonie magne.

¶ Habita sectio de sief cōsequēter elucubrabit? sectionē de pillu. fm mētē diuī me. z altoz doctoz clarissimoz. Si mō tenues vires nras paululū refocillauerit ipse deus bonoz oim largitor: sine cuius nuptu que sunt omnia casta atqz irrita extāt. Is igitur adiutor ac ptector nō adsit.

¶ De pillulis. Pillule aefangine ex inuētiōe De. q rū interpretatio ait pillule de aromatis: s3. cinamomi cubebe. i. mirri albe. ligni aloes calami aromatici: macis: nuc? muscate cardamomi: gariofiloz: assari mastici s3 nāt. spice. caryobalsami ana. 3. j. absinthij: succi rosaz añ. 3. v. terātur ptritōe grossa: z fundatur sup ea aq̄ li. ii. z coquātur vsqz ad cōsumptionē duaz partū. deinde fricentur manibus z colētur: z exprimatur aquositas eius: z recipe aloes succotrim boni lib. j. z lauetur in scutella lapidea vitreata cū aq̄ pluuiali lauatōib? plurib?. deinde exiccetur et fundatur sup ipm exp̄siois pdicte circiter lib. ii. z terantur in sole. deinde admisceātur cū aloes: mirre mastici añ. 3. v. croci. 3. iii. tere cōtritōe bona: deinde pdicte exp̄siois residuū sup ea fundatur: z cōuertatur vsqz dum siccetur: z fiat ex eis pillule in modū cicicis et da ex eis a. 3. ij. vsqz ad aūf. ij.

¶ Iste pillule apō medicos nros sunt nobiles: z ipis vtūtur multū sub noie pillularuz aefanginaruz: z de aromatis qd idē ē. pillula aut a rotūditate dī: nā ei? forma ēvt pila q luditur etiā pō t dicit q dūr pillule a pistādo nā ipse sūt cū pistello in mortario cū multo labore. in aliqbus libris inuenit pillula pro catapodia. Papias catapodia dicta: eo q modica potet vel inglutiat: z ē pila in lib. de greco trāstat: reperitur sepe catapodia p catapodia. Sūt ex hoib? q fo: nō esse qritabūt: qre

De pillulis.

Inoleuit vsus q̄d pillule dentur in nūero ipa-
ri laxatiue. Ad hoc r̄ndet Consultator d̄ria.
Plur. circa med iū d̄rie dicēs q̄ ille pillule de-
bent agere. actōis aut̄ rō sumit a forma tan-
q̄ ab eo q̄ ipsius est principiū sustentatiuuz
et non a materia. Impar vero habz rationē
formęz multa alia dicit que videas.

¶ Aloes succotrin⁹ fm̄ ipm̄ mesue est nobi-
litor alijs sp̄ibus aloes: z d̄ succotrinū qz fit
in succutri puincia: z hec plāta apud arabes
vocat zambacera. J̄sid. i. c. de herbis aro. aut
aloe herba amarissima succi panace. Papi.
aloe sp̄es aromatica amarissimi succi herba
resistēs h̄mbus: z putredini. si abluere vis
aloez qui ibi ingredit̄ fac fm̄ formā: quā tra-
dit Mesue ibi. fm̄ quosdā p̄dic⁹ aloes locu-
tus debet poni in iera. Gal. ac in alijs locis:
sed supra ostēdi p̄ altā viā in iera. Gal. vt do-
cet bulcasis in tractatu sc̄do qui infert⁹ in. c.
allega. inq̄t: z vtere in medicinis laxatiuis:
z in specieb⁹ iere: z in alijs medicinis in qui-
bus aloes ingreditur.

¶ Pillule stomacice caput z stomachum mūdifi-
cāt. Be. iere ptgre. f. iere simplicis Gal. 3. viij
triū mira. añ. 3. ij. a garici. 3. ij. turbith bont.
3. x. epithimi crefēsis. i. illius insule añ. 3. ij.
5. salis idi. i. salis nigri 3. ij. absinthij: scamo-
nee añ. 3. ij. penidiar. 3. ij. z fac pillulas cū
succo sc̄artolarum dosis eius est. 3. ij.

¶ Iste pillule fm̄ quosdā sunt q̄bus vtimur
Mesue aut̄ in distinctōe de pillulis hz mul-
tas descriptōes sub noīe pillularū stomaca-
rum z oēs differūt inter se. verū omēs stoma-
cum mūdificant: z ppter id sunt qui faciunt
vnā descriptiōē p̄ alia: moderni h̄o docto-
res laudāt p̄imā descriptiōē z penultimāz
i. ex his que in hac distinctiōe ponūtur z sic
infra apparebit alia descriptio. Mesue ha-
bet triū miraboloz qui sunt isti. scilz citrini
chebuli z indi. nā belerici z emblici nō cōpu-
tantur inter species mirabolanzorum quare
idē. z Sera. de illis trib⁹ in vno capt. loquū-
tur: z alijs separata faciūt capitula.

¶ Scariola. de ipsa dictuz fuit in cirupo de
cicozea.

¶ Pillule aggregatiue ex inuētōe nostra. Be.
mirabolanz citrinor. raued sent ana. 3. iij
succu eupatorij: succu absinthij. ana. 3. ii. sca-
monee anthio. cocte in pomio. 3. v. chebulo-
rum indozum: agarici: coloquintide: polypo-
di: ana. 3. ii. turbith bont: aloes añ. 3. vi. ma-
sticis: rosarū: salis gēme: epithimi: anisi: 3. iii.
ziberis: ana. 3. i. electuarij rosati quātū suffi-
cit ad aggregatiōem. si aut̄ pillule grosse:
da. 3. i. vel aureū ynum.

¶ Iste pillule sunt ex inuētōe Mesue z sic
fm̄ istā descriptiōē sunt apud quosdam in
vsu: sed medici moderni laudāt magis aliā
descriptiōē q̄ dicit̄ descriptio pillularū ag-
gregatiuarū maiorū: z sic describam ipsas.
Aut. in. v. casū. hz vnā descriptiōē: z dicun-
tur pillule aggregatiue filij h̄ilgeben. sed
dem nō sunt: nec sunt in vsu.

¶ Scamonea anthiochena id est illius p̄uin-
cie. idē in ca. de scamonea magis laudat an-
thiochenā z armenā: z laudat illā que est in
colore clara sicut gūmi subalbida: z si tāga-
tur cū aqua vel salua fiat sicut lac z sit tene-
ra ad frāgēdū z puluerizandū: z in pondere
sit leuis: z sit in odore bona: non grauis. re-
mota vero ab h̄is proprietatib⁹ nō est bona
Conseruatur quoqz per annos. xx. vez quā-
to antiquior tanto nobilior.

¶ Pillule aggregatiue maiores. Be. bdelij: mi-
ra. nigroz. i. indoz: belericoz. ebl. añ. 3. iij.
turbith bont electi. 3. x. seis apij femiculi: a-
nisi carui: ameos origani: rosarū seitaragi i-
di. harmel. hermodactili. salis indi. i. nigri:
masticis hermō: añ. 3. i. 3. m̄ziberis. cina. car-
da. croci. spice acori: cassie. añ. 3. 5. serapint:
3. iij. coloquintide. 3. iij. penidiarū al. 3. iij.
aloes succotrin. 3. xv. p̄ficē cū succ. cauluz
z in unge man⁹ tuas cū oleo sanbucino.

¶ Iste pillule ap̄d n̄ros phisicos sunt vsua-
les. dicit̄ aut̄ maiores ad d̄riam minoz: eo
q̄ plura simplicia ingredient̄ Supra posita
fuit alia descriptio pillularum ex inuētōe
sua: que etiam sunt laudate.

¶ Seitaragi indū. vide de ipso in cōfectiōe
trifere saracence. h̄ec ē quā dia. leptidū vo-
cat. z fm̄ Paulū ē hibederidos fm̄ Pli. hibe-
deridā quāqz ficto noīe inuētōier⁹ assigna-
to carmine. nascit̄ maxie circa vetera monu-
mēta parietinasqz z occulta itez flores sp̄ fo-
lto nasturtij: caule cubitali: semie tñ puo vt
vix aspici possit: radici odor nasturtij: vsus
estate efficacior z recētī tñ h̄ec est quam lō-
bardī crisonem vocant.

¶ Harmel. i. tertū genus rute fm̄ Matthe.
silua. harmel scriptū cū h̄. est semē cicute: et
armel scriptū sine h̄. est genus rute. eādē hz
opimōne lumē tenebrū: q̄ harmel sit cicuta
sz falsuz ē: sz harmel cū h̄. est tertū gen⁹ ru-
te. nā Dia. in ca. de ruta q̄si in fine ait. Alte-
rum gen⁹ rute q̄ nascit̄ in macedontaz gala-
tia: quam molin ciues appellāt. Idē in fine
ait rutā multi armolā vocant sicut vasafa: na-
scit̄ in locis cultis. auic. in. ii. casū. inq̄t. rural
siluestris vehemētioris ē nigredinis quāal
chemel cū h̄. itē lege capitulum de harmel

scriptum cū littera h. apud eundē est idē cū cap. de armola apud Dia. idem in. iij. cano. in. c. de curatione moris viperarū cū eo qd̄ sicut Lanon ait. ruyha siluestris: z nō est al- harmel fm̄ q̄ existimauerūt quidaz. imo est spēs ruthe ipsi. z sic est sine dubio. s̄. Auerois in. v. col. ait alharmel. i. cicuta. qd̄ falsū est. naz fm̄ plures sapiētes credit q̄ harmel cum h. z sine h. idem sit. z possibile non est q̄ harmel cū h. sit cicuta: naz Sera. de harmel cum h. ca. facit. cutus formā h̄c volo describere: vt magis appareat veritas: z hec ē harmel fm̄ Serā. noiatur molli. z nomināt eam multi ruyhaz siluestre: z est planta q̄ egredit̄ ex vna radice cū multis ramicultis: z habz folia longiora folijs ruthe alterius z meliora habētia graue odorem: z h̄z florem album et capitella maiora satis q̄ capitella ruthe do mestice diuisa tribus diuisionibus in quib⁹ est semen amarū. cuius color est ad rubedinem decliuus. h̄z tres angulos. z est id quod de planta venit in vsu medicine: z ipm̄ maturat colligitur in autūno: z sic est si aggere gaueris ruyham siluestrem qua vtuntur moderni eadem est cum illa.

¶ Sambac siue zābac. i. i. esemū: z fit oleuz de ei⁹ florib⁹: sicut infra oñdā si de⁹ voluerit pillule de eupatorio maiores. s̄. mira. citri- noz succi eupatorij: succi absinthij. añ. 3. iij. rauesfenti. 3. iij. 5. mastice. 3. i. croci. 3. 5. aloes bont. 3. v. confice cū succo endiuie. dosis eius. 3. ij. cum aqua casei.

¶ Has pillulas apud nos nō habem⁹ in vsu maxime fm̄ istā descriptionē. idem describit vnā aliam descriptionē pillularū minorum: sed in vsu non sunt Auic. in. v. cas. h̄z vnā aliam descriptionem: sed eadem non est.

¶ Eupatorium. i. gasit Plinius eupatorij regiam habet auctoritatē caulis lignosi nigritantis: trifuri cubitalis: altq̄ z amplioribus folijs per interualla quinqz vt canapis per margines icisis nigris: z ipsi plumosis radice superuacua.

¶ Pillule de reubarbaro. s̄. rauesfenti. 3. iij. succi liq̄rite. succi absinthij. mastice añ. 3. i. mirab. citrinor. 3. iij. 5. semis feniculi: apij añ. 3. 5. troc. diarodon. 3. iij. 5. hiere pigre. i. specierum hiere Galtem. 3. x. cōfice cū aqua feniculi z da. 3. ij. cū aqua casei calida in sero.

¶ Has pillulas habem⁹ in vsu. Mesue inq̄t q̄ sunt pillule de reubarbaro: s̄ loco reubarbari habet rauesfenti: qd̄ idēz est. ergo possu- mus dicere q̄ pillule de reubarbaro z pillule de rauesfenti idem sunt: z sic meo tpe vidit apothecarios dare pillulas de reubarbaro pro

pillulis de rauesfenti: sed errat muleū. nam si vides bene mesue in hac distinctione de pillulis h̄z descriptionē pillularū de reubarbaro que cōferunt ad febres antiquas: z pillularū de rauesfenti q̄ cōferunt ad opilatōnes sple- nis: que nec in stute nec in alijs cōcordant. z sic apothecarij: z etiā medicus debēt scire differētiā q̄ sunt in ipsis: z sic in mltis alijs ¶ Reubarbarū. fm̄ Jsid. est reuponticū: sed nō recte. vide de eo in p̄fectōe de rauesfenti Pillule de alchechingi: ex inuētiōne n̄ra. s̄. absinthij z succi ei⁹: z succi eupatorij: aloes: mirab. citrinorū: mastice: croci: rauesfenti: lacce ablute: anisi: assari: cassie fistule: seminis sumiterre añ. 3. ij. hiere pigre. 3. iij. confice cum aqua solatri: z si est tussis cum febre po- ne venarum liquiritie: sunt em̄ sane z expte.

¶ Has pillulas habem⁹ in vsu: s̄ nō multū occurrit h̄c dubitatio silis et q̄ occurrit in diacurcuma in quā licet dicat̄ curcuma: nō tamen ingredit̄ curcuma: sic in his pillulis: licet nō ingredit̄ alchechingi: dñr tñ pillule de alchechingi: sed fm̄ quosdā p̄nt dici a cōposito: vel q̄ vitio scriptorū descriptio non est integra: vel potius q̄ p̄ficiunt̄ cū aqua solatri quod est species alchechingi.

¶ Pillule inde quas scribit̄ Hal. s̄. mirabo. n̄ grozum ellebori: nigri. polipodij añ. 3. v. epti- thimi sticados añ. 3. vi. agarici: lapidis lazuli loti. i. ablut: colloquiritide: salis indit añ. 3. iij. succi eupatorij: spice ana. 3. iij. gariof. 3. i. hiere pigre. f. hiere galtem. 3. xij. fiat pillule cum succo apij: dosis eius est a. 3. ij. vsqz ad aure. ij.

¶ Has pillulas habem⁹ in vsu. dixerūt quidam q̄ dicūtur inde: q̄ in partib⁹ indite sunt magis in vsu q̄ in partib⁹ alijs. alij dixerūt q̄ dicūtur inde p̄pter sal indum qd̄ recipiūt: z per sal indum intelligit̄ sal nigrum: sed cū caremus eo: sapientes volunt q̄ loco ei⁹ ponamus sal rubeum. quidam ponunt zuccaz candidum: sed non est ei proximum vt est sal rubeum.

¶ Pillule de sarcocolla. z sunt pillule albe. s̄. sarcocolle. 3. iij. turbiti. 3. iij. coloquintide. 3. i. 5. zinziberis. 3. i. 5. salis gemme. 3. i. 5. dis- solve sarcocollam in aqua rosata. z cōfice a- lia cum ea z fiant pillule: sunt enim saner ex- perte. Dosis. 3. i.

¶ Has pillulas habem⁹ in vsu. ipse Mesue in cap. de sarcocolla habet vnā aliā descri- ptionem ex aucto. Halisenti z idem sunt sar- cocolla est gūmi arboris q̄ est sicut fructez est spinosa cuius rami sunt nodosi: z colligitur ex ea gūmi. z est eius aliud album sicut

ebus et aliud subcitrinū. Electio. fortius est subcitrinū albor quod est amarius melius et modus nutriendi ipsam est quod infundat in lacte a sine per quattuor vel quinqs dies et semper infundendo lac super eam: et hoc facias in scutella lapidea. supra de hoc in quodam si est melius ostendi.

Sal gēma. i. sal capadocum. **De. in. c. de speciebus salis** dicit quod sal gēma est sicut cristallus scidibilis. **Idē dicit Aui. in. ij. cano. in cap. de sale.** quidā dixerūt quod sal gēma dicitur quia est clarus ut gēma et est vena terre: et huius effectus salis armoniaci de quo circa instans ait. sal gēma dicitur: quia gēme assimilatur: vel quia clarum est ut gēma. et de eo sunt suppositoria ut est notum omnibus.

Pillule fetide maiores. **Be. serapint: armoniaci: oppoponacis: bdelij: colloquintide: harmel aloes: epithimi añ. 3. v. hermodactiloz: alscebrā ana. 3. ii. scamonee. 3. iii. cinamomi: spice: croci: castorei ana. 3. i. turbit. 3. iiii. ziberis. 3. i. 5. euforbij. dragmevnius partes duas dissoluatur gummi in aqua porri et fiant pillule. da. 3. ij.**

Has pillulas habemus in usu. Fetide autem dicuntur: quia fetidos et corruptos humores educunt vel dicuntur fetide: quia ingrediuntur quedam fetida. idem in cap. de egritudinibus nervorum habet quattuor descriptiones quarum una est maior: et hec est ex auct. **Sa. alia est minor: et credo quod non sit ex auctoritate eiusdem postea alie due descriptiones sunt ex auctoritate filij zacharie siue Basis. et sic sine dubio Basis in nono almā. in capitulo de paralesi posuit pillulas fetidas quas ipse composuit: sed non sunt in usu. Idem in libro dimensionum habet unam aliam descriptionem. Aui. in quinto canonis habet quattuor descriptiones que in usu non sunt.**

Alscebrā. i. scebrā. **Aui. in secundo cano. dicit scebrā quidē oritur in hortis habens cannā subtilem. equalem et habet pilos et folia sunt sicut tarcō sicut existimo. et habet lac sine dubio scebrā habet lac: et est species lacticiorum: sed non computatur inter septem species titimalozū que a **Dia. et Serap. de scribuntur. Mesue ait. alscebrā est spes lacticiorum et est solutivū rusticorum: et eius aliud est magnū habens radices rotundas et grossas: et aliud est parvū habens radices subtiles: et est tenuis corticis: magnū est malum. parvū vero est illud quod eligitur et melior pars plate est cortex radices eius. et lac eius est acutius et fortius. Hec est quare nos esulam vocamus. nam arabes vocant ipsas****

rebrā. nos vero esulā. hec apud nos in pratis ac alijs locis inuenit est similis linarie: sed ipsa non habet lac. unde dicit esula lactescit: sine lacte linaria crescit: et est medicina rusticorum: ut supra dixi. Differentia autem est inter scebrā et sescebrā. nam scebrā est esula et sescebrā est ozimum carmenū de quo videtur supra in dianasturtio.

Pillule de serapio. **Be. serapint: armoniaci: bdelij: oppopōac: aloes: castorei: harmel añ. 3. ij. coloquintide. 3. iij. fiant pillule cuz aq porri.**

Hae pillule raro habentur in usu. illa vero descriptio que est magis in usu: est una alia quam idem infertus describit. **Aui. in quinto canoni. habet unam aliam descriptionem: sed non est in usu. Serapinū apud **Dia. vocatur sagapinū. et est lachrymū ferule nascens in india eligendum est lipidum foris ruffum intus album odorem silij. i. a se fert de et galbani habens gustum viscidum. De sue autē ait. serapinum est gūmi alafce hūdeg. et est arbor similis oleandro. i. nereon montano et melius est cuius intra est subrubens et subalbidum: et quod habet odorem porrorum et quod est facile resolubile in aqua. et est clarum. **Mesue docet de modo preparandi ipsas duobus modis.******

Pillule de euforbio. **Be. euforbij: coloquintide: agarici: bdelij: serapint ana. 3. ij. aloes. f. succotrin. 3. v. fiant pillule cum aqua porri portio est a. 3. 5. vsq ad. i.**

Has pillulas habemus in usu. maxie sicut istam descriptionem. **Aui. in. v. cano. habet unam que eadem est in simplicibus: sed differt in uno videlicet. quia **Mesue vult quod sufficiantur cum aqua porri. Auice. vero cum aqua caulium.****

Euforbij sicut **Mesue est gūmi excedens omnia gūma gūmi in calefacto et subtiliādo et melius ex eo est leve frangibile huius colorem palearem et clarū: et quod est vehementis acedinis et odoris valde acuti: et quod est recens: super quod ias preterijt annus: recens vero anni sui est sicut venenum et ignis.**

Pillule de raueseni. **Be. raueseni. 3. vii. armoniaci: serapint: bdelij. añ. 3. x. lacce. 3. viij. oppopōac. 3. iiii. mezereō gūmi. f. gūmi ara. añ. 3. iiii. turbit. 3. x. spice nardi: polij. i. polij mōtani: aloes añ. 3. v. masticis. 3. ij. mirab. citri. 3. x. dissolue in vino gummas: et fac pillulas. dosis eius est. 3. ij. cū aqua casti.**

Iste pillule ab apothecarijs tenentur perfecte et sunt in usu sub nomine pillularum de raueseni. non autem ista descriptio. **Dzdarī p pillul de reubar. quare lz raueseni sit reubarbarū. tū pillule de**

reubarbaro nō sunt eadē vrbōictū fuit. s. Ra-
sis in. ix. almā. h3 vnā descriptionē in. ca. de
hydropisi: sed nō est in vsu.

Pillule de mezereō. s. fol. meze. ifusoz ī ace-
to et ericato. 3. v. mirabola. citrinorū. 3. iij.
chebulorū. 3. iij. confice cū terentabin. i. mā-
na et tamarindis dissolutis in aqua endiuie
Has pillulas habem⁹ in vsu. dicunt autē
de mezereon qz ibi magis ingreditur meze-
reon q̄ aliud simplex. **T**hustophor⁹ de ho-
nestis inquit: pillule de mezereō. i. s. laureo
la sed falsum est nam mezereon vt dictum
fuit in cōfectiōe almezereō nō est laureola
Pillule lucis maiores. s. rosarū violarū ab-
sintij coloquintide: pro qua pone troc. alā
dahal: rurbith: cubebe calami aro. nusc: mu-
scate: spice epithimi: carpobalsami: xlobal-
sami: sileris: seminis ruthē: squināti: assari:
mastictis: gariofilorū: cinamomi: antisi: feni-
culi: api: cassie: croci: macis añ. 3. iij. mirab.
citrinorum: chebulorū indorum: emblicorū
bellericorū: rauedsem ana. 3. iij. agarici se-
ne ana. 3. v. eufragie. 3. vii. aloes succorens-
sis: ad pondus oim cōfi ce cum succo fenicu-
li. dosis eius est a. 3. iij. vsq; ad iij.

Iste pillule apud nos sunt in vsu. dñr au-
tem lucis: quia valēt ad oculos medendos.
vel dicunt lucis: quia obscuritatē oculorū
put sol noctē remouent: et de ipsi reperunt
ibi maiores et minores. s3 maiores sunt ille
quas nos rī medici laudāt. verū sunt ex ho-
minibus qui faciūt vnā aliā descriptionem
pro alta: eo q̄ in minorib⁹ pauciores res in-
greduntur: et propter id ambas describam.

Eufragia est herba que apud nos in pra-
tis reperit: et est minuta herba. mirabilē me-
detur egritudinib⁹ oculorū et ppter id Me-
in sua practica ī capitulo allegato: vocat ip-
sam herbā a dñi. feniculus similiter valet ī
illa materia. vnde versus. Feniculus verbe-
na rosa celidonia rutha. Ex istis fit aqua q̄
lumina reddit acuta. et nō est complet⁹ ver-
sus nisi addatur capillus veneris eufragia
et betonica.

Pillule lucis minoris intētione maiorū. s.
xlobalbami. i. ligin balsami: carpobalsimi: añ
3. i. celidonia. 3. v. rosarū: violarū: absintij:
eufragie añ. 3. iij. sene epithimi: mirabo. ci-
trinorum: chebulorū: indorum: bellericorū
emblicorū: agarici: coloquintide: squinanti
licij: lapidis lazuli ana. 3. i. 5. aloes boni ad
pōd⁹ oiz p̄fice cū succo feniculi aut celidōie
Celidonia s̄m plimuz genera sunt duo.
Maior fructuoso caule folio pastinace er-
scape amplior ipsa altitudine duoz cubito

ru3 color albus: flos luteus: minor folia he-
dere rotundiora minus cārida succus vtri-
usq; croceus mordax semē purpureū. florēt
aduentu trūdinū discessu marcescūt.

Liciū Diasc. est eligendum intus colore
ruffo. et deforis nigro quod diuisus brumuz
habet stipticū est. et coloris ruffi et crocei ap-
paret cum gustui amaro sicut est indicū qd̄
et melius arbor. vnde fit est lithios appella-
ta siue exacanton folia burzo similia atq; sp̄
nosa generās. nascitur in dumosis locis: cu-
tus folia et grana et radix in vnū cōrundunt
et ex aqua dulci coquūtur vsq; ad crassitudi-
nē. apud Sera. vero sunt folia spinosa et ha-
bet ramos longitudine duozū brachiorum.
plim. añt añt. fit ex arbore spinosa fructu si-
mile piperi p̄cipue amaritudinis folijs par-
uis. **A**lic. in scdo casū. de ipso duo facit cap.
vnū qd̄ incipit feluzeharagi. aliud qd̄ inci-
pit licū. **J**o. Serap. in antidotario in capi-
de epitimaribus ait. licū. i. felmeragi. liber
qui dicit **B**ulcasia in tractatu scdo ait. sunt
qui faciūt licū ex radice arboris que dicit
curtan. et species ei⁹ licij noiatur cohaculez
et est quodā qd̄ affert ex aliemen. et sunt qui
faciūt licū s̄m hūc modū vt ibi docet: neq;
per id cognoui quid sit. **S**tilis sup quintū
Alic. in fine inquit. bel est herba de qua fit
licū in vno alto loco sup quodaz passu quar-
ti ait. licū fit ex arbore spinosa que vocatur
azarasch siue oxilacatos qd̄ est notū. **S**ul.
placentinus ait. licū est succus granorum
cabrosie vel comastrelli. **N**icolaus dicit li-
ciū est succus de florib⁹ capifolij vel oculo
lucidi. **I**dē in lra o ait oculus lucidus idest
capifolij vel matris lra. vide ergo si bene
consideret cap. **D**iascōd licio q̄ eius arbor
est ex acāthos et s̄m **S**entilē est azarasch si-
ue oxilacāthos. i. spina acuta. ergo licū fit
ex arbore spinosa q̄ apud nos berber⁹ vocat.
nā sine dubio est p̄sonū: qz vt dictū fuit. **S**ē-
tilis ī vno loco allegato dicit q̄ bel ē herba
s3 d3 dicere arbor de q̄ fit licū. bel s̄o apud
Serap. est arbor granati siluestris qd̄ idem
est et sic meo tempore vidi facere licium ex
fructu arboris granati siluestris que pro-
prie est berberis qd̄ apud **D**iascōdem ox-
acantos dicitur. et hoc licium est optimuz
verum sunt ex hominibus qui faciūt licium
vt dicit **N**icolaus de quadaz herba que ma-
tersiluarum vocatur. et hec apud nos tutta
hortos nascitur: cuius folia sunt ex vno la-
tere subalbida et ab altero viridia se adhe-
rens et inuolues sepius super altas plantas
et hec a nris rusticis dī scizo: s3 ē debili⁹ pore

De pillulis.

etiam sunt ex hominibus qui faciunt licius ex fructu nigro cuiusdam arbuti quod quidam lustragum vocant. cutus folia sunt similia foliis buxi ramuli recti quibus cauce amicularum fiunt succo granorum expresso et cocto in quo etiam inuenitur idonea efficacia et habet licium primum etc.

Pillule stomatice nostre stomachi caput mundificant et accipiuntur omni tempore. R. turbiti. 3. r. mastictis. 3. iiii. rosarum. 3. iiii. aloes optimi ad pondus omnium confice cum succo absinthii.

Iste pillule cum alia descriptione supra posita sunt ille quibus vtuntur.

Pillule alandahal. R. troc. alandahal. 3. r. salis gemme. 3. i. laudani. 3. xii. oiei rosati quantum sufficit: et sunt experite.

Has pillulas habemus in vsu. sub nomine pillularum alandahal siue hermetis: et non debemus vti sub nomine pillularum aladahal: vt quidam credunt. nam vide quod Mesue in sua distinctioe de pillulis habet pillulas alandahal hermetis. et pillulas aladahal siue hermetis. ergo differunt inter ipsas: et pro alandahal intelliguntur troc. de colloquintida: quorum descriptio superius est posita.

Pillule de agarico. R. agarici. mastictis. ana. 3. iiii. radice lili celestis: prassij. i. marubij. ana. 3. i. turbiti. 3. v. tere pigre. 3. iiii. colloquintide. sarcocolle. ana. 3. ii. mirre. 3. i. confice cum robore. i. rob. et est mustum coctum.

Iste pillule sunt multum in vsu. Idem Mesue in capitulo de asmate habet vnam aliam descriptionem que eadem est. Aut. in tertio canone. in fen. x. in ca. de cura asmatis habet vnam aliam descriptionem que eadem est.

Agarici autem virtus est magnificata vt docet experientia: non solum in euacuando flegma quod a predominio euacuat. verum etiam alios humores pharmaco educibiles.

Lilium celeste apud Aut. est yreos. Mesue in alia descriptione habet yreos: quod idem est. Pillule de turbiti: et dicuntur pillule auree. R. turbiti boni. 3. xvj. aloes. 3. i. 5. mastictis rosarum. ana. 3. vii. mirabo. citrinorum. 3. x. croci. 3. iiii. Confice cum succo absinthii.

Has pillulas habemus in vsu: sub nomine pillularum turbitarum: etiam sunt in vsu sub nomine pillularum aurearum. Mesue: tamen quando medicus ordinat pillulas aureas intelligitur semper descriptionem que est de mente Nicolai. Johannes Serapio in suo antidotario ait pillule albeem: et dicuntur pillule auri: sed non sunt in vsu.

Pillule de lapide azuli. R. lapidis lazuli ablutit. 3. xj. epithimi. polipodij. ana. 3. viii. scamonee. elebori nigri: salis indii. i. salis nigri. ana. 3. ii. 5. agari. 3. viii. gartiosilor. anisi. ana. 3. iiii. htere pigre. f. htere. Gal. 3. xv. confice cum succo endiuie.

Has pillulas habemus in vsu. lapis lazuli semper Sera. oportet quod eligatur color cuius est celestis multum: et est leuis sine asperitate et sine mixtione a lierius lapidis: et qui non frangitur facile: et cuius frusta sunt magna. Mesue de ipso loquitur in capitulo de lapide stellato modus autem abluendi eum dicitur est supra: et sicut abluuntur lapis lazuli: sic etiam abluuntur lapis armenus.

Pillule de lapide armeno. R. lapidis armeni loti et preparati: tere pigre. ana. 3. v. epithimi polipodij. ana. 3. viii. scamonee cocte in citronio. i. diagredij. 3. iiii. gartiosilor. 3. ij. salis indii. 3. j. 5. Confice cum succo solatri. i. herbe more vel morelle.

Has pillulas habemus in vsu: sed raro. Idem Mesue in capitulo de soda frigida ab humore melancholico habet vnam aliam descriptionem que est ex auctoritate alexandri: sed non idem est.

Lapis armenus semper Mesue: melior habet colorem medium inter viridem et obscurum terreum et indum et habet macularum distinctiones virides et negras. Aut. aut. in ipso est aliquantum azuli coloris: et non tamen est in colore azuli. et non est in eius soliditate. et modus abluendi ipsum est sicut abluuntur lapis lazuli: cuius modus supra fuit positus.

Pillule ad omnes morbos catarrhi et corripere et iussis catarrhalis. R. mirre pure. 3. vi. olibani id est thuris. 3. v. opij: iussami. ana. 3. iiii. croci. 3. j. 5. radice lingue canis. 3. iiii. 5. fiant pillule et administrantur.

Iste pillule apud nobiles medicos sunt multum in vsu: sub nomine pillularum ad omnes morbos catarrhales: etiam sunt in vsu sub nomine pillularum de cinoglossa. Sed hoc est ex secretis medicine et a multis cogitate non sunt. Nicolaus habet vnam aliam descriptionem: sed sue prope vocantur pillule de cinoglossa: sed non sunt in vsu. tamen infra apparebit earum descriptio. Etiam infra apparebit vna alia descriptio pillularum que dicitur pillule de alchaber. i. de cinoglossa: sed non tenentur confectae.

Lingua canis. i. cinoglossa. et componitur a cinos quod est canis et glossa quod est lingua inde cinoglossa. i. lingua canis Joh. angli. in ca. de scissuris labiorum inquit. cinoglossa. i. lingua

canis. Desue nō ponit cū quo liquore debe
ant fieri: sed vidi ipsas confici ex succo radi
cis ipsius cinoglose.

Pillule de serapino expte. **R.** serapint: armo
niact: oppoponaci: bdelij añ. 3. ij. 5. seīs apij:
ameos: armel: anisi añ. 3. i. acori: seita ragi in
di. i. leptidi: calamēt: folij cētauree: polij: co
sti: salis gēme ana. 3. 5. aloes. 3. vj. coloquin
tide. 3. v. sicut pillule z admistrantur.

Histe pillule sūt ille quas nostri doctores
laudant supra posita fuit vna alta descriptio
ex auc. et usdē: sed non sunt ita laudate.

Armel nō scriptū sine littera h. **fm** Wat.
sil. est tertū genus rute: s; harmel cuz h. est
citruta: sed falso. nam harmel taz cū h. q̄ sine
h. idē importat vt dictū fuit supra. de forma
ipsius in confectioe pillularum aggrega
ti. maiorum apparebit.

Solum. i. malabatrū. loco etus a moder
nis multis macis ponit aurispica nardi.

Centaurea. s. cētaurea mior. sunt em̄ due
spēs **fm** De. maior. s. z minor inter quas di
stinguūt ppriates note electio. minor mell
or est in oi re: cuius flores z crura colorē ha
bent citrinū pallearēz melior pars plāte sunt
flores z semina ipsius z melius t̄pus collecti
onts ipsius est principium estatis.

Pillule de bdello maiores. **R.** bdelij. 3. xij. a
meos. 3. ij. chebuloz indo. beliri. embli. ve
narum adustaz charabe ana. 3. ij. 5. infunda
tur bdellum in succo porri. z fac pillulas in
modum ciceris.

Histe pillule sunt ille q̄bus cōiter vtimur.
dicūtur aut maiores ad differentiā minorū:
eo q̄ plura simplicita ingreditur. idēz habz
vnam altā descriptioē. z sunt ex inuentione
sua. z hec sunt apud quosdā in vsu. **Jo. Ser.**
in suo antido. hz tres descriptōes: s; nō sunt
in vsu. **Rasis** in. ix. almā. in. c. de emoroidib⁹
z fistulis z ragadijs q̄ in ano sūt habz vna z
descriptioem: sed idem non est.

Bdellum **fm** plinū in britania nascit: cu
tus arbor est nigra magnitudine oleē folijs
arboris zē. **Diasc.** aut in armenia illud nasci
dicit z landat illd qd lucidū est. z subalbidū
lene equaliter cereuz z q̄ facile molitur zē.
Aut. distinguit in iudaicū z mechū: z dicit
q̄ ambo sunt ex palmis silue stribus. laudat
aut illā spēm que est clara z amari saporis: z
est mūda a lignis: z est facilis resolutōis bo
ni odoris: cuius fumus hz odorē picis. z cuz
antiqua bdellum iudaicū egredit a lenifi
catione ad exticcationē. **Vinus** florē. in libro
scdo in ca. de cura scrofulaz ait. almugath.
i. bdellū qd falsū est. nā a lmugat siue mu

gath est radix granati siluestris de q̄ **Aut.**
in. ij. cañ. speciale facit cap. z redarguit: sed
male eos q̄ dicunt q̄ est radix gnari siluestris

Cenarū adustarū. notandū q̄ vena p va
rias intentōes accipit: de qua **Hērits** in. iij.
cañ. sup cap. de canonib⁹ gñalib⁹ curatiōis
egritudinū oculoz inquit. q̄ vena aliqñ ac
cipit p vena tinctoz. i. rubea tinctoz: aliqñ
p vena celidonte: aliqñ p mineralibus terre
aliquādo sumit vena p veribus terrestris
bus: aliqñ nō p venas intelligunt radices fe
niculi z petroselinū zē. sed in isto loco p venā
aliud intelligit est em̄ lūtera corrupta. nam
debet dicere auellanarū adustarū sicut te
statur **Wat.** sil. in littera vena. vbi sic ait. ve
na est radix plantarū vel vena corporis. ve
rum est q̄ in antidotario damasceni. i. **Des.**
in receptione pillularū de bdello ponit ve
narum adustarū: qd contingit ex errore scri
ptoris: qz dicitur auellanarū adustarū q̄
omnibus note sunt. lumen apothecariorum
dicit q̄ debet dicere veniarū adustarū. i.
radicū acori: sed hoc falsū est: vt pz ex snia
Matthet siluatici q̄ alteri⁹ est auctoritat⁹ q̄
istud fuscū lumen. vel adhuc veri⁹ tenebra.

Pillule de bdello ex inuentione nostra. **R.** mi
rab. nigroz embli. belericoz ana. 3. v. bdelij
3. x. scorie ferri: seīs porri añ. 3. ij. corali adu
sti: karabe concule aduste ana. 3. i. 5. marga
ritarum. 3. 5. confice cum aqua porri.

Has pillulas habem⁹ in vsu: s; non tm̄ vt
maiores: coralus **fm** **Dia.** arbor est q̄ in fun
do maris nascitur. qñ aut simpliciter repert
tur coralus de rubeo intelligit mod⁹ autem
adustionis ipsi⁹ talis est. opz q̄ terant⁹ gros
so modo: z ponatur in olla terrea. z ponatur
in furno p noctem. si bene cōburit bene est:
si non iterū ponatur donec cōburant. z mell
or coralus est qui est vere rubedinis: z q̄ nul
la aut pauca foramina habet.

Pillule de coloquintida. **R.** coloquintide. 3. vj.
mirabo. nigroz citrinoy: serapint: bdelij: far
cocolle ana. 3. vij. nigelle: ctmini: carnē: ori
gan: persici: nasturtij: albi: salis gēme: visci
romani ana. 3. i. infunde gūmas in aqua por
ri: z fac cum ceteris pillulas.

Has pillulas habem⁹ in vsu: sed non mul
tum. **Coloquintida** **fm** intentionē **Desue** ē
fel terre: **fm** vero intentionē **Hydori** fel ter
re pprie est centaurea. **Idē** sentit **Simon** ta
nuensis. **Circa** instās aut ait: coloquintida
pomuz est cuiusdam fructus in trāsmarinis
partibus nascētis circa regionem hierusalē
z cucurbita alexandrina dicit: z nota q̄ tam po
mum q̄ fructus dicitur coloquintida.

De pillulis

Masturtium album. i. masturtium babilonicum. Auic. in. v. can. in metridato inquit. alseis. i. masturtium babilonicum. et fm Mar. e masturtium orientale: de eo dictum supra in confectione metridati.

Miscum romanum. i. glutem romanum: et glutem romanum apud Serap. est mastix. Aut. mastix alius est romanus albus et alius est nathur ad nigredinem declinans: et melior est ille qui est albus mundus et magnus.

Pillule de oppoponaco. s. oppoponaci: hermodactili: serapim: bdely: armomaci: coloz: quintide ana. 3. v. croci castorei: mirre: zinzibertis: pi peris: macropipis: cassie: mirab. citrinorum: indoz: belericorum emblicorum ana. 3. i. scamonee. 3. ij. turbiti. 3. iij. aloes. 3. xij. infundatur gummi in aqua caulium: et fiant ex eis pillule.

Has pillulas habemus in usu maxime fm istam descriptionem: ipse in ca. de paralesi h3 vnā altam descriptionem: sed nō est eadē et Aut. in. v. cano. habet altā: et est eadem.

O

Pillule de hermodactilis maiorib⁹. s. hermodactiloz: aloes: mirab. citrinorum: turbiti: coloz: quintide: cuius loco possunt poni tro. alā: dahal: bdely: serapim añ. 3. vj. castorei: sarcocolle: euforbi: oppoponaci: harmel. i. tertij generis ruthe: apij añ. 3. iij. croci. 3. j. 5. cōfice cum succo caulium: et fac pillulas.

Iste pillule sunt ille quibus vtimur. dicunt autem maiores ad differentiā minor: eo q̄ plura simplicia ingredi pillulas maiores q̄ minores et ambe sunt in usu. et ex inuentione sua sunt in usu. Basis in. ix. almā. habet vnā altā descriptionē: sed apud nos nō est in usu tamen infra descriptio sua apparebit.

Hermodactilus fm Mesue est radix herbe mōrane: et eius alius est long⁹ sicut digitus: et alius rotundus est: ille de quo ipse intelligit est alius albus: alius rube⁹: et alius niger. melior ex eis est ille q̄ habet ppuetas tres bonas. scilicet qui est albus et vere albedinis itra et extra et qui est grossus et qui est duriciet medietatis. Aut. in scdo canonis duo facit capitula vnuz de flore qui dicitur digitus hermetis, aliud de hermodactilo,

hec apud nos in locis aquosis nascitur: sed non est valde vtile: ille vero qui in montib⁹ reperit est nobilior. hec radix vtilis est quidem egritudinibus iuncturarum. Gal. autē in capitulo de medicinis zenonis in suis experimentis in electuario de centaurea pro hermodactilo scripsit zurugen: quod idem est. Pillule de hermodactilis minores. s. hermodactilorum. 3. v. scamonee. 3. ij. 5. mirabolanzorum citrinorum. 3. iij. rosarum. 3. ij. aloes. 3. x. confice cum chatartico rosato.

Iste pillule fm istam descriptionem non sunt in usu. potest autem dici q̄ dicuntur minores: eo q̄ pauciora simplicia ingrediuntur ad differentiā maiorum: vel dicitur minor: quia habent minores efficaciam.

Chatarticum vero apud grecos est purgatiuum. et ideo Mesue docet conficere predictas pillulas cū chatartico rosato id est purgatiuo facto cum succo rosarum: quod vocatur electuarium rosatum ex auctoritate ipsius: sed electuarium de succo rosarum est ex auctoritate Nicholai: s. hic de illo quod fit de mente Mesue debet intelligi et poni: et non aliud.

Pillule de hermodactillis ex inuentione sua. Recipe hermodactiloz: aloes ana. 3. v. mirabolanzorum citrinorum: turbiti ana. 3. iij. zinzibertis. 3. ij. fac pillulas cum electuario rosato da. 3. ij.

Ille pillule que sunt ex inuentione Mesue apud nostros medicos sunt multum in usu. sunt enim experte ad ea que dicit Mesue et sic etiam maiores sunt experte: sed minores nō tantum.

Pillule sebelie. s. spice inde. 3. v. spice romane. 3. ij. raues: agarici: epithimi. ana. 3. iij. costi: mastice: camedreos: amomi ana. 3. iij. croci. 3. ij. mirre: cinamomi: gartoflorū: squinantia ana. 3. j. aloes. 3. x. fiant pillule cum vino antiquo. et da. 3. ij. cum vino permixto.

Has pillulas habemus aliquando in usu fm quosdam dicuntur sebelie a cōpositore.

Spica romana apud Auicēnam est spica celtica. idem ait Serap. in ca. de spica. vide de ipsa in confectione de spica romana.

